

PROPRIAS ^{it.}TTERAr 1A
tiii

EX SCHOLA TYPOGRAPHICA PIO x _ VIA DEGLI KTRUSCHI. 7-9

DE FINE SACRIFICII

Ex iis quae in duobus articulis de veterum doctrina disserui (¹), sacrificium externum ita definiendum esse censeo
(Sacrificium externum est actus religionis quo homo divinae reverentiae causa in symbolo externo se ipsum totum Deo offert in obsequium » (2). Quam definitionem ab iis quae inter theologos communiter traduntur, longissime distare neminem latet. Nam ea quae extrinsecus fiunt, et ea quae in animo agantur, ita inter se connecti dico, ut illa logice nihil entitatis propriae retineant, sed ut interiorum formae visibiles eorum esse in se suspiciant et repraesentent. Quapropter ipse homo qui in mente se Dei famulatus offert, et res quae extrinsecus videtur, logice unum obiectum completum censentur, quod una oblatione intrinsecus acta et extrinsecus ostensa ad Dei obsequium devovetur.

Quae, si recentiorum opinionibus opposita sunt ne novitatis nota iis inuratur, quoniam revera per ea antiquorum traditio post Tridentinum interrupta restauratur, ad quam revertamur oportet, ut ex theoriarum labyrintho, quas recentiores de sacrificii notione plurimas construxerunt, ad veritatis lucem veniamus.

Nunc de sacrificii fine disseram, qui ex eius natura determinandus est, seu ex eo quod sacrificium est actus religionis.

(¹) Cf. *Itol.*, XI, 1936. 117-134 ; XII. 1937, 105-124.

(²) Quae circa signum sensibiliter fiunt, in definitionem non asservantur, quoniam accidentaliter sunt, atque variantur; nam *idem fittest Itol.* significari; *S. th.* III, 60, 5, ad 1.

Quodsi in eo generalia quaedam fusius dicere videar, id ne quis moleste ferat, quoniam plurimum intéressé puto, ut, quo loco sacrificium ponendum sit, clare pateat,

I.

i Religio importat ordinem hominis ad Deum, atque inter partes iustitiae recensetur, quoniam efficit, ut homo omnesque eius facultates internae et externae ad Deum recte ordinentur secundum quod ordo iustitiae a rationali creatura postulat. Qui ordo per hoc circumscribitur, quod ex una parte Deus est ens absolutum et summum bonum et hominis creator et gubernator et ultimus finis; - et quod ex altera parte homo a Deo omnia accepit, et in solo Deo vivere, agere et perfici, seu unes suos naturales et supernaturalis assequi potest

In hac consideratione et humanae vanitatis et dependentiae» et divinae excellentiae et bonitatis infinitae in homine affectus reverentiae oritur, ut Deum supremum dominum suum et summum bonum colat, quod vocatur religio. Haec igitur materialiter in Dei cultu et famulatu consistit, et ratio formalis eius reverentia divinae excellentiae est; atque actus eius immediate circa ea versantur quae Deum honorant, et mediate ad Deum diriguntur qui est finis.

Ideo religionis virtus a virtutibus theologis clau distinguatur. Harum obiectum et ratio formalis est ipse Deus finis ultimus; illa vero ea agit quae sunt ad finem ultimum, id quod ad rationem virtutis moralis pertinet (*). Atque inter virtutes morales prima esse censetur, quoniam propinquius quam aliae ad Deum accedit, inquantum ea operatur (piae directe et immediate in divinum honorem ordinantur (2).

Quamquam ita virtus religionis per suum obiectum et rationem formalem logice perfecte determinatur, et ab omni alia virtute clare distinguitur, psychologica cum aliis plurimum connectitur, tum quia caritatis imperio subiecta est, tum quia

(*) S III., II, II, 81,5.

(*) 5. th., II, II, 81, 6.

ipsa imperat virtutibus interioribus Nam carius theologica virtus quaedam generalis dicitur, in quantum omnium virtutum actus ad bonum divinum ordinare potest †. Atque specialem religioni imperat (2), quapropter huius virtutis actibus, praeter reverentiam Dei quae est eorum ratio formalis, simul mediate etiam inest desiderium Dei, quo homo ad unionem eius assuetudinem dirigitur. Eodem modo virtus religionis quandam generalitatem habet, et alias virtutes ad divinam reverentiam referre potest (3). Nam virtus ad quam pertinet finis, imperat virtutibus ad quas pertinent ea quae sunt ad finem †.

Propter hanc virtutum mutuam connexionem et dependentiam, habet ut effectus quidam et fines aliquando religionis esse dicantur qui proprie aliarum virtutum sunt. Quapropter, ne confusio fiat, religionis actus elicitus et imperati semper sedulo distinguendi sunt (§).

2 Porro secundum Aquinatem ad religionem pertinent actus interiores devotionis et orationis (®); deinde actus exteriores quibus vel corpus ad Deum colendum exhibetur in adoratione (7) — vel res materiales Deo offeruntur in sacrificio et oblationibus, primitiis et decimis, vel aliqua Deo

(*) A. M., I, II, 114, 4, c. II, II, 58, 6.

(J) 5^a th., II, II, 82, 2, ad 1: *Quod homo tradat se ipsum Deo ad alia opera divini cultus, hoc immediate pertinet ad religionem, mediale autem ad caritatem, quae est principium religionis.*

(I) S. I. A., II, II, 81, 8, ad 1: *Religio habet quandam generalitatem secundum quod omnes virtutum actus per imparium ordinantur ad bonum*

(S) S. I. A., II, II, 81, 5, ad 1.

(*) « Nihil prohibet autem qui est proprie unius virtutis elicitus, alii virtuti sicut imperanti et ordinanti ad suum finem: S. th., II, U. S. I, ad 2 — (Ita) religio habet duplices actus: quosdam quidem praeter unum et immediatos quos elicit, per quos homo ordinatur ad solum Deum, uti sacrificare, adorare et alios huiusmodi: alios autem actus habet quos interioribus virtutibus quibus imperat, ordinans eos ad divinam gloriam: S. th., II, II, 81, 1, ad 1. — Omnia secundum quod in gloriam Dei pertinent ad religionem, non quasi ad elicientem, sed quasi ad imperantem, illa autem pertinent ad religionem elicientem quae secundum suam speciem pertinent ad reverentiam Dei: S. th., II, II, 4, ad 2

(6) § 5^a th., II, II, 82, primum.

P) A. th., II, II, 84, primum.

promittuntur in votis ('), — vel denique aliqua divina assumuntur in sacramentis, iuramento, adiuratione, invocatione et divina laude †.

Hic maxime notandum est omnia ea quae enumeravi, a S. Thoma recte actus religionis vocari, seu. quod idem est, ea omnia ratione religionis ad eandem speciem pertinere. Sub aliis rationibus considerata plurimum inter se differre possunt, et differunt: sed in quantum ad Deum colendum aguntur, eandem rationem formalem reverentiae Dei communicant. Ideo, *logice* spectata, entia singularia vocantur; et ea quae singulorum propria sunt, non differentias specificas constituunt, quoniam non ad formam, sed ad materiam rei referuntur. Nam *singulare est propter materiam; ratio autem speciei sumitur ex forma*

Itaque sacrificium haud recte species propria cultus Dei appellatur (4). Ad virtutem religionis non habet eam relationem quam species ad genus suum habet, neque ab aliis ac-

(') 5. th., II, li, 85, prine.

† S. th., II, II, 89, prine.

f) S. th., I. 85, 3, ad 4. — *Genus sumitur a materia communis, differentia vero completiva speciei a forma; particulare vero a materia individuali* S. th., b. c. 6. ad 3.

‡ Placidus Rupprecht, *Der Millier und sein Heilswerk* (sacramenti Mediatoris) Freiburg i. Br., 1934, 40-42, arbitratur, quod per sacrificium Deus coli et honorari dicatur, per hoc illud solum actum religionis esse praedicari, atque eius esse genericum, non proprium indicari; seu quod per sacrificium homo se Deo tradat, ut ei sancta societate inhaereat, per hoc solum rationem communem religionis non propriam sacrificii exprimi. In huius notione definiendum esse quo modo illa traditio proprie efficiatur. Itaque sacrificium hoc proprium habere putat, ut homini sancta Dei societas restituatur. Per omnem actum religionis quidem eum ad unionem cum Deo disponi et aptum fieri; sacrificium vero esse actum qui ad eum finem proprie tendat et pleniore et intensiore gradu quam alii actus religionis eum assequatur: « Das sacrificium hat als besondere Aufgabe, die Menschen mit Gott in hl. Gemeinschaft (*wieder* zu verbinden; und zwar ist es der eigentliche Akt, der dies Ziel hat. und es auch in weit höherem und intensiverem Grade ermöglicht als die anderen gottesdienstlichen Handlungen ». At vero cl. auctor oblitus est. genus non habere actus, sed in species dividi, et speciem in actus. Si ergo admittit sacrificium per Aquinatem recte actum religionis appellari, haec non est eius genus, sed species; et ideo religionis ratio formalis et finis cum fine et ratione sacrificii in idem conveniunt. Quapropter

tibus religionis per finem distinguitur, quia secus etiam specie ab iis distaret, quoniam finis forma actus nominatur (·¹), <>mn'n eius proprietas in materia vel in obiecto posita est, quod etiam breviter logice definiatur oportet, ut tandem ad finem eluci dandum perveniam,

3. *Ad religionem pertinet facere aliqua, propter divinam reverentiam* (®), et primo quidem actus interiores devotionis et orationis; illa voluntatis, haec intellectus actus esse dicitur De oratione hic agendum non est. In devotione autem homo prompte se tradit ad ea quae ad Dei famulatum pertinent (0), in eaque essentialiter ratio latriae continetur qua homo se Deo plene subiicit et committit (4). Ambae denique efficiunt illud quod sacrificium invisibile seu interius spirituale sacrificium appellatur, quo anima se ipsam Deo offert in obse, quium (5),

Iam religio non solum intrinsecus per mentem exercetur sed etiam ad extra proditur (6), sive quod imperat, ut aliqua sensibilia, ex gr. solemnitates, oblationes et donationes in divinam reverentiam fiant, sive quod per actum elicitem corporis organo et rebus externis utitur, ut interna directe etiam sensibilibus operetur et ostendat, sicut ex. gr oratio cordis sonis audibilibus ore profertur (·), vel latria per corporis humiliationem exhibetur (8),

! ! quod sacrificii proprium est, perperam in eius fine quaeritur, quoniam solum in eius < materia individual! » invenitur. Et si qua ab aliis actibus religionis differentia specifica eius existere haec certe non a pleniore et mteaswe gradu efficaciae eius proveniret, quia species a natura effectus ad quem opus dirigitur, non a minore vel maiore gradu efficientiae eius sumitur, ci. *SL te* I, II, 52, 1. — Haec de logica constructione illius opinionis dicta sufficiant, ea quae theologice consideranda sunt, infra sequentur.

(*) Cf. 5. *th.*, I, II, 1, 3; 18, 6.

(·) S. /A., II, II, 81, 2, ad 1: ib. 3.

(3) 5. *th.*, II, II, 82, 1 et 2.

(b) 5. *th.*, II, II, 84, 1 et 2.

(5) 5. *th.*, II, II, 85, 2.

(6) 5. *th.*, II, II, 81, 7.

(7) 5. *th.*, II, II, 83, 12.

(8) 5. *th.*, II, II, 84, 2.

In hoc ordine actuum externorum religionis elicitorum S. Thomas etiam sacrificium externum recenset (* quod summo opere notandum est. quoniam ab hoc articulo recentiores theologi exorsi veterum doctrinam reliquerunt. Quod enim sacrificium externum *srmfiolicum* vocant, vel *actiotum svmbolicim* qua internum in mente fieri significetur (2), seu quod externam oblationem *rem e/signum* appellant (3), hoc sententiae Aquinatis directe opponitur. Hic interna et externa ad unum esse *perfecte componit*, ut unum donum una oblatione Creatori devoveatur, — ad unum esse, inquam, quod in se est spirituale. sed in forma materiali subsistit et agitur, ut id ipsum quod ex se et per se est materiale, per spirituale elementum ad altiorem ordinem elevetur, atque indirecte sed vere et proprie naturam entitatis religiosae communicet et ad Deum colendum referatur. Illi vero interna et externa separant, ut duae res et duae oblationes in se completae existant, ex quibus neutra ad alteram internam relationem habeat Verum rei et actioni sensibilibus quae in se nihil religiosi habeant extrinsecus per intentionem offerentis relationem imponi asserunt qua interna figurent; quapropter externa, prout ab iliis construuntur, a virtute religionis solum imperari dicenda sunt (4).

O 5. /♦, il, II, 81, 1, ad 1: *Religio habet... quosdam actus proprios ei immediatos quos elicit, per quos homo ordinatur in solum Deum, sicut sacrificare.* — L. c. 188. 2: *Ad religionem proprie pertinet sacrificium Deo offerre.* — L. c. 85, 3: *Actus qui non habent ex altis laudem nisi quia fiunt propter reverentiam divinam... proprie sacrificia dicuntur.* — L. c. 85, 4; Sacri5c:um erremum proprie dictum *ex hoc solum laudem habet, quod Deo atiquid exterius offertur in protestationem divinae sublectionis.*

* C£ Ioanne[^] Baptista Franzehn, S. I., *Tractatus de ss. Eucharistiae sacramento ei sacrificio*, Romae, 1868, 290.

?! Cf. Mauritius de la Taille, *Mysterium fidei de augustissimo corporis & -anguinis Christi sacrificio et sacramento*, Parisiis. 1921, 9,

*! Ideo eorum sacrificium externum est simpliciter oblatio, quae directe id externam cultus solemnitatem exhibetur et indirecte internam Dei reverentiam ostendit; quapropter ex utroque «laudem habet», et ad sacrificia improprie dicta pertinet; *ci. S. th., II, II, 85, 4.* Quodsi de « immutatione àjs.ca » rei sensibilis oblatae gloriantur, eamque distinctivum sacrificale esse «tant, hoc inaniter dici in altero articulo, sc. de distinctione oblatorum, eraonstrari; *ci. Anton., XII, 1937. 105-124.*

II

Quae hucusque per logicam analysim religionis et sacrificii deducta sunt, praemitterentur oportuit, quoniam in sumptiones continentur, ex quibus ea quae de sacrificii finis dicenda sunt, facile sequuntur. Et primo quidem finis sacrificii externi idem est ac finis interni; hic autem omnino idem est ac finis virtutis religionis, qui ab Aquinate recte definitur, n omnis actus religionis proprie fiat in reverentiam excedendae Dei creatoris et gubernatoris omnium rerum.

Quaeritur autem quomodo excellentia Dei in sacrificio colenda, et reverentia ab homine exercenda recte intelligantur.

i. *religionem perlinet exhibere reverentiam uni Deo secundum unam rationem, inquantum scilicet est primum principium creationis et gubernationis rerum* (*). *Diversae redemptiones attributorum concurrunt ad rationem primi principii quia Deus producit omnia et gubernat sapientia et voluntate eius potestate bonitatis suae* †.

Itaque ex parte Dei excellentia consistit in omnibus quae ipse in se est. et quae nobis est, ut dominus immensae maiestatis. et pater infinitae bonitatis, et dator omnium beneficiorum et aeternae beatitudinis nostrae. Sub quacumque ratione nobis innotescit, infinite maior est quam intellegentia humana consequi potest, et omnes rationes reverentiam postulant et ad omnes religio extenditur.

Ideo in homine reverentiae affectus multipliciter onri et religionem in sacrificio exercendam provocare potest Sive maiestatem admiramur, sive iustitiae timore turbamur, sive grata beneficiorum memoria commovemur, sive laeta luturorum spe erigimur, in omnibus considerationibus et raxagnitudo et nostra exiguitas ante oculos nostros ponuntur, ut animus propter reverentiam cum timore Deo excelso sr \$. b > ciat, et cum laetitia eum colat. In his duobus actibus subiec-

C) X th., II, H, 81. 3

(*i L. c. ad 1.

tionis et cultus omnis reverentia proditur et omnis religionis ratio exercetur. Neque proprie duo actus sunt, sed *eodem actu homo servit Deo et ipsum colit. Nam cultus respicit Dei excellentiam cui reverentia debetur; servitium autem respicit subiectionem hominis qui ex sua conditione obligatur ad exhibendam reverentiam* 1). Servitium non cum timore servili praestatur, neque cultus sine subiectione cogitatur, quoniam utrumque in caritate radicatur, et in adoratione terminatur; quapropter etiam sacrificii, ut est actus religionis, finis obiectivus est essentialiter latreuticus (2).

2. Cum his parum congruit quod recentiores plerique excellentiam Dei in sacrificio colendam ad supremum eius dominium coarctare consueverunt, quod per absolutam submissionem creaturae in synbolica destructione sui ipsius figuratam ab homine honoretur (3). Illa *una ratio* sub qua secundum Aquinatem in sacrificio Deus adoratur, per absolutum eius dominium haud recte definitur, quoniam per illud ne Veteris quidem Testamenti notio Dei creatoris et gubernatoris rerum adaequate exprimitur, et multo ininus Novae Legis cognitio divinae excellentiae digne praesentatur. *Deus caritas est* (4

(1) X *th.*, II, II, 81, 3, ad 2.

(2) «Sacrificium pertinet ad illum cultum quae latría dicitur et uni Deo debetur». S. Augustinus, *Contra Faustum*, 20, 21; P. L. 42, 385. - «Ipsius latnae est sacrificium offerre Deo»: S. Bonaventura, III. *Sent.* d. 9, a. 2. qu. 2; *Op. omnia*, Ad Claras Aquas, III, 215. - «Offerre sacrificium tantum de illis quae pertinent ad latríam elicitive»: S. Thomas, III. *Sent.*, d. 9, I, 1. 2, ad 1. Cf. 5. *th.*, II, II, 85. 2.

(3) S. Robertus Bellarminus, S. I., *Disputationes de controversiis fido*, Parisiis, 1608; *De Missa* 5, 27; tom. III. col. 792: «Sacrificium est oblatio externa facta soli Deo qua ad agnitionem humanae infirmitatis et professionem divinae maiestatis a legitimo ministro res aliqua sensibilis et permanens ritu mystico consecratur et transmutatur. - Eandem ideam Ioannes Baptista Franzelin ita expolivit: «Oblatio rei sensibilis soli Deo facta per realcin vel moraliter aequivalentem destructionem legitime instituta ad protestationem supremae maiestatis Dei in vitam et mortem atque ad manifestandam agnitionem absolutae dependentiae omnium a Deo, simulque reatus hominis lapsi»: *Tractatus de ss. Eucharistiae sacramento et sacrificio*, Romae, 1879, 318. - Quam definitionem in scholis communiter acceptam esse testis est Bernhard Bartmann, *Lehrbuch der Dogmatik*, Freiburg i. Br., 1929, II, 340.

(4) L *Jo.* 1. 16.

Neque honoris Deo praestandi culmen in absoluta submissione, vel sui ipsius destructione recte ponitur †: quoniam eo modo caritas negligitur, quae omnis reverentiae causa est et per honorem Dei eo tendit, ut in eo et cum eo vivat. Quapropter S. Thomas caritatem sacrificii causam imperantem esse docet, et S. Augustinus eius finem, quippe mediatum, esse definit *ut sancta societate inhaereamus Deo* (2). Sacrificium igitur non est symbolum reverentiae tremendae maiestatis sed donum amoris qui summum bonum adorat, ut in eo beatè vivat. Hoc ne de sacrificio expiatorio quidem aliter definiendum est, quoniam etiam placatio iustitiae offensae per caritatem fiat necesse est, ut intra dicetur

3. Quod communiter quattuor fines sacrificales, scilicet adorationis, expiationis, gratiarum actionis et petitionis distinguere, et sacrificia in laetifica, expiatoria, eucharistica et impetratoria dividere consuevimus, ea divisio non est formalis secundum species logicas, sed practica. Etiam S. Thomas Veteris Legis sacrificia ad easdem categorias revocat. *Et est ratio, inquit, huius ordinis, quia maxime obligatur homo Deo propter eius maiestatem, secundo propter offensam commissam, tertio propter beneficia iam accepta, quarto propter beneficia sperata* (3). Verum ibi magister non logice dividit, sed historice refert.

Distinguantur oportet finis operis et finis operantis. Ratione operi ipsi inhaeret, et per speciem naturae actus determinatur; quapropter est obiectivus et internus et essentialis. Alter vero per intentionem agentis operi imponitur; quapropter est subiectivus et externus et accidentalis. Insuper est mediatum, quoniam solum per finem operis impleturi quapropter primus in intentione, et ultimus in executione esse dicitur.

Iam finis operis sacrificii est laetificus. uti dictum est; fines expiationis vero et gratiarum actionis et impetratorius sunt finis operantis; quapropter non sunt illi coordinati.

† S. I. A., II, II, 121, 1, ad 2: *Exhibere cultum Deo ut patri est utilius et excellentius quam exhibere cultum Deo ut erratori et domino.*

(1) *De Civ. Dei*, 10, 5: p. L. 41. 282.

(3) *V. I. A.*, I, II, 102, ad 10.

Hoc primum de sacrificio expiationis facile intellegitur. Nam expiatio non est opus hominis, sed Dei, cui ab homine per opus latreuticum solum ratio datur, ut pro sua misericordia peccata remittat. Primo igitur finis operis agitur, ut propter eum Dominus finem operantis implere dignetur. | loc theologice patet. Quidquid est negativum, tollitur per positivum, sicut tenebrae auferuntur per lumen. Peccatum in anima hominis deletur per infusionem gratiae; gratia vero a Deo obtinetur per caritatem, vel per actus a caritate imperatos, in quorum numero sacrificium latreuticum primum locum tenet, — non quo haec per se et directe gratiam operentur, sed Deum movent, ut peccatoris misereatur.

Itaque in sacrificio expiatorio primo placatio iustitiae offensae intenditur. Quod ut consequatur, operans Deo sacrificium latreuticum offert, ut ipse per gratiam peccatum remittere et reatum ex anima peccatoris auferre velit. Finis expiationis operi latreutico subjective imponitur, ut per hoc a misericordia Dei obtineatur.

Idem de sacrificio eucharistico et impetratorio dicendum est. Nam acceptatio gratiarum actionis et largitio beneficiorum quae petuntur, ad Deum pertinent, et non in hominis potestate sunt. Hic solum indirecte per caritatis opera et praesertim in sacrificio per opus latreuticum eas assequitur.

Itaque fines expiatorius, eucharisticus et impetratorius sunt subiectivi, sacrificio externi, accidentales et mediati.

Quae ut plenius intellegantur, iterum distinguantur oportet effectus sacrificii et finis eius; quae notiones ne in promiscuo habeantur. Effectus vocantur omnia quae directe vel indirecte a sacrificio procedunt; finis, id est, obiectivus vero solum illud ad quod efficiendum opus ex natura sua directe spectat, quoniam natura est una, etiam finis operis est unus (7), qui etiam forma operis vocatur, quia eius naturam directe determinat. Effectus operis autem multi esse possunt. Itaque non omnis effectus etiam finis operis appellatur, sed solum ille ad quem natura vel forma eius per se et directe ordinatur, qui prop-

(7) *Natura non tendit nisi ad unum: S. th., I, II, 1,5.*

terea etiam effectus formalis vocatur. Verumtamen vi biective operans opus suum ad quemlibet effectum eius dirigere ¶ test; quo casu hic vere finis evadit, non operis, sed </peranti% et mediatus, quia solum per finem operis obtinetur

Itaque expiatio delictorum et gratiarum actio a Lky, accepta et impetratio donorum per se et objective sunt effectus sacrificii, iique indirecti, quoniam per opus latreuticum I;e.% movetur, ut pro sua bonitate sacrificanti eas gratias largiatur. Quodsi vero offerens sacrificium suum proprie ad illos effectus consequendos dirigit, etiam rationem finis acquirunt, sed mediati et subiectivi.

III.

His statutis et expositis, haud difficile est de quibusdam opinionibus quae inter doctores traduntur, recte iudicare.

1. Et primo quidem, quattuor illos fines omni sacrificio inhaerere, et singulas oblationes secundum finem qui actu praevaleat, latreuticas. expiatorias, eucharisticas et impetratorias appellari, haud vere asseritur ¶ Finis latreuticus qui est obiectivus, internus et essentialis, in nullo sacrificio deest, alii vero, cum sint fines subiectivi, externi et accidentales, sacrificio non inhaerent, sed ei imponuntur, vel omittuntur, prout offerens vult; et si quando praevalent, hoc solum subiective dicitur, quoniam obiective semper praevalet finis latreuticum qui est essentialis, et per quem alii obtinentur ¶.

2. Neque in specie finis expiatorius *saltem post rapsu hominis per accidens omni sacrificio coessentialis esse recte dicitur*

(M) Nicolaus Gihl, *Das hl. Messopfr. dogmatisch, liixrgisth wd tisch erklirt*, Freiburg i. Br. 1897, 13. Idem: *Dit hl. Sehrattt^if dtr lischett Kirche*, Freiburg i. Br., 1902, I, 589.

(a) § th., III, 22, 2: S. Thomas hominem sacrificio indigere <kve: propter tria: ad remissionem peccati, — ut in statu gratiae conservetur. -- et ut spiritus eius perfecte Deo uniatur. Sed haec sunt effectus sacntkSi ad quos ab offerente subiective ordinari potest; et tines obiectivi appellari nequeunt.

Illoc primum de sacrificio expiationis facile intellegitur. Nam expiatio non est opus hominis, sed Dei, cui ab homine per opus latreuticum solum ratio datur, ut pro sua misericordia peccata remittat. Primo igitur finis operis agitur, ut propter eum Dominus finem operantis implere dignetur. Illoc theologice patet. Quidquid est negativum, tollitur per positivum, sicut tenebrae auferuntur per lumen. Peccatum in anima hominis deletur per infusionem gratiae; gratia vero a Deo obtinetur per caritatem, vel per actus a caritate imperatos, in quorum numero sacrificium latreuticum primum locum tenet, — non quo haec per se et directe gratiam operentur, sed Deum movent, ut peccatoris misereatur

Itaque in sacrificio expiatorio primo placatio iustitiae offensae intenditur. Quod ut consequatur, operans Deo sacrificium latreuticum offert, ut ipse per gratiam peccatum remittere et reatum ex anima peccatoris auferre velit. Finis expiationis operi latreutico subiective imponitur, ut per hoc a misericordia Dei obtineatur.

idem de sacrificio eucharistico et impetratorio dicendum est. Nam acceptatio gratiarum actionis et largitio beneficiorum quae petuntur, ad Deum pertinent, et non in hominis potestate sunt. Hic solum indirecte per caritatis opera et praesertim in sacrificio per opus latreuticum eas assequitur

Itaque fines expiatorius, eucharisticus et impetratorius sunt subiectivi, sacrificio externi, accidentales et mediati

Quae ut plenius intellegantur, iterum distinguantur oportet effectus sacrificii et finis eius; quae notiones ne in promiscuo habeantur. Effectus vocantur omnia quae directe vel indirecte a sacrificio procedunt; finis, id est, obiectivus vero solum illud ad quod efficiendum opus ex natura sua directe spectat, quoniam natura est una, etiam finis operis est unus (7), qui etiam forma operis vocatur, quia eius naturam directe determinat. Effectus operis autem multi esse possunt. Itaque non omnis effectus etiam finis operis appellatur, sed solum ille ad quem natura vel forma eius per se et directe ordinatur, qui prop-

p) *Natura non tendit nisi ad unum* : S. t/i.f I, II, 1,5.

terea etiam effectus formalis vocatur. Vcnimtaine' . . . operans opus suum ad quemlibet effectum eius dirigere potest quo casu hic vere finis evadit, non operis, sed operanti et mediatus, quia solum per finem operis obtinetur

Itaque expiatio delictorum et gratiarum actio a Deo accepta et impetratio donorum per se et obiective sunt effectus sacrificii, iique indirecti, quoniam per opus latreuticum Deus movetur, ut pro sua bonitate; sacrificanti eas gratias largiatur Quodsi vero offerens sacrificium suum proprie ad illos effectus consequendos dirigit, etiam rationem finis acquirunt, sed mediati et subiectivi.

III.

¶ Iis statutis et expositis, haud difficile est de quibusdam opinionibus quae inter doctores traduntur, recte indicare.

i. Et primo quidem, quattuor illos fines omni sacrificio inhaerere, et singulas oblationes secundum finem qui actu praevaleat, latreuticas. expiatorias, eucharisticas et impetratorias appellari, haud vere asseritur †. Finis latreuticus qui est obiectivus, internus et essentialis, in nullo sacrificio deest. alii vero, cum sint fines subiectivi, externi et accidentales, sacrificio non inhaerent, sed ei imponuntur, vel omittuntur, prout offerens vult; et si (piando praevalent, hoc solum subiective dicitur, quoniam obiective semper praevalet finis latreuticus. qui est essentialis, et per (piem alii obtinentur (').

2 Neque in specie finis expiatorius *saltem post iapsnm hominis per accidens omni sacrificio cocsentialiis esse recte di-*

(*) Nicolaus Gehr, *Das hl. Mtssopfer, dogmaltisch. libargisch assrisch crkltrrl*, Freiburg i. Br. 1897. 13. Idem *Die hl. Sabârvischen Kirche*, Freiburg i. Br., 1902, I, 58<

(a) 5*. M., III, 22, 2: S. Thomas hominem sacrificio indigere docet propter tria. ad remissionem peccati, ut in statu gratiae conservetur. — et ut spiritus eius perfecte Deo uniatur. Sed haec sunt effectus sacrificii. ad quos ab offerente subiective ordinari potest; et fines obiectiv .;pp<. a:- nequeunt.

citur ('). Id quod non est internum, neque simpliciter, neque per accidens essenziale, vel coessentialc vocari potest. Neque ullo modo duo lines simul ad eiusdem operis essentialiam pertinere possunt, quippe quod habeat unam solam naturam. Si quando per eundem actum duo fines intenduntur, non sunt eiusdem ordinis, sed unus alteri subordinatur, uti dictum est (a). atque sacrificans obiectivo fine utitur, ut subiectivum consequatur. Neque ullo modo probatur post lapsum hominis in omni sacrificio finem expiatorium operi latreutico subjective adungi debere.

Si hominis lapsi religio generatim consideratur, dubitari nequit quin per peccatum ad eius finem essentialem reverentiae Dei necessitas delicti expiandi accesserit. Sed etiam ita necessitas est subiectiva, atque homini peccatori incumbit, non religioni ipsi inhaeret, quia secus ad omnem actum religiosum intentio expiandi necessaria esset, quoniam in quolibet actu religionis tota eius ratio obiectiva exercetur, et totus eius finis obiectivus intenditur. Si autem subiective peccatori incumbit, post peccatum remissum cessat. Ideo etiam in hostiis pacificis Veteris Legis nihil expiationis cognoscitur; atque in holocausto solum finis latreuticus invenitur p).

3. Ultimo huc pertinent quae Placidus Rupprecht nuper de fine sacrificii disseruit. Uti p. 6 nota 4 dictum est, sacrificii rationem propriam eam esse docet, ut homini sancta eum Deo societas per peccatum amissa restauretur et perficiatur. Ad hanc opinionem commendandam multa verba S. Thomae citantur, quibus sacrificio placatio Dei et reconciliatio generis humani et sanctificatio nostra attribuuntur, — et alia, quibus in passione Domini rationem sacrificii inesse probatur, quoniam illos effectus produxerit. Verumtamen cl. auctor distinctiones inter effectum et finem, et inter finem directum et indirectum, quas supra exposui, neglexit, vel in sua quaestione de solo fine operis agi oblitus est.

(*) Josef Pohle, *Lehrbuch der Dogmatik*, Paderborn, 1914, 111,323; — Thomas Specht, *Lehrbuch der Dogmatik*. Regensburg, 1912, II, 292.

(*) Cf. etiam 5. /A., I, 3, ad 3.

(3) 5. th.. I, II, 102, 3, ad 8.

S. Thomas in verbis ab auctore citatis illas gratias plerumque solum effectus sacrificii nominat ¶ *tuaprttytr* eius fine obiectivo nihil in hiis asseritur. In aliis quibus etiam rationem finis attribuit, magistrum de fine indirecto agere, vel definite exprimitur (2), vel intellegi potest et *el*. Nam a priori certum est fieri non posse, ut restitutio · itae supernaturalis per peccatum amissae in sacrificio directe intendatur, quoniam in se est opus Dei et non hominis, uti supra dictum est. Finis obiectivus operis humani non potest esse nisi humanus, quia nulla res potest agere ultra suam speciem (3). Ideo ne Salvatoris quidem sacrificium in cruce oblatum salutem nostram directe obtinuit, neque ex fine opus ad eam operandam tendebat; sed in se opus laeuiticum infinitae caritatis et oboedientiae erat, quod Christus subiective Patri obtulit, ut nobis in gratiam reconciliaretur (4).

Licet igitur illae gratiae in se non sint effectus iormaes sacrificii, tamen magister ex iis passioni Domini rationem sacrificalem recte vindicavit. Nam etiam ostendit ad delictorum remissionem et maxime ad peccatum nostrae naturae tollendum necessariam fuisse plenam satisfactionem, eamque in passione Christum praestitisse per oblationem laeuiticam summae caritatis et oboedientiae. Tale opus autem esse sacrificium (5). Itaque illatio magistri, licet mediate, tamen logice procedit; sed ex eo non infertur reconciliationem esse finem operis sacrificialis, quia solum indirecte ab eo deducitur.

4. Denique cum opinionibus quas hucusque tractavi, cohaeret quod complures theologi id quoque sacrificium spectare dicunt, ut offerens in se sanctificetur.

(*) 5. *th.*, II, II, 85, 1, ad 2; 111,22,2; 3. ad 1; 4, ad 2; 48 *fc.au* . 49, 4 etc.

(·) 5. *th.*, III, 48, 2 et 3; 49, 4.

(3) 5. *th.*, I, II, 112, 1.

(<) S; *th.*, III, 48, 2 et 3; 49, 4.

(5) 27. *th.*, III, 48, 3: *Sacrificium proprie dicitur aliquod iactum in rem proprie Deo debitum ad eum placandum*. Nota vero huius *prvpcsvva* > subiectum esse «aliquid factum etc.», et non «sacrificium», uti interpretari «kv sueverunt; cf. M. Lepin, *Aidée du sacrifice de la Messe d'après .es Ae^gwas depuis Porigine jusqu'à nos jours*, Paris, 1926, 199; Bartmann Le.

citur ('). Id quod non est internum, neque simpliciter, neque per accidens essentielle, vel coessentiale vocari potest. Neque ullo modo duo fines simul ad eiusdem operis essentiam pertinere possunt, quippe quod habeat unam solam naturam Si quando per eundem actum duo fines intenduntur, non sunt eiusdem ordinis, sed unus alteri subordinatur, uti dictum est (2). atque sacrificans obiectivo fine utitur, ut subiectivum consequatur. Neque ullo modo probatur post lapsum hominis in omni sacrificio finem expiatorium operi latreutico subjective adungi debere.

Si hominis lapsi religio generatim consideratur, dubitari nequit quin per peccatum ad eius finem essentialem reverentiae Dei necessitas delicti expiandi accesserit. Sed etiam ita necessitas est subiectiva, atque homini peccatori incumbit, non religioni ipsi inhaeret, quia secus ad omnem actum religiosum intentio expiandi necessaria esset, quoniam in quolibet actu religionis tota eius ratio obiectiva exercetur, et totus eius finis obiectivus intenditur. Si autem subiective peccatori incumbit, post peccatum remissum cessat. Ideo etiam in hostiis pacificis Veteris Legis nihil expiationis cognoscitur; atque in holocausto solum finis latreuticus invenitur (3).

3. Ultimo huc pertinent quae Placidus Rupperecht nuper de fine sacrificii disseruit. Uti p. 6 nota 4 dictum est, sacrificii rationem propriam eam esse docet, ut homini sancta eum Deo societas per peccatum amissa restauretur et perficiatur. Ad hanc opinionem commendandam multa verba S. Thomae citantur, quibus sacrificio placatio Dei et reconciliatio generis humani et sanctificatio nostra attribuuntur, — et alia, quibus in passione Domini rationem sacrificii inesse probatur, quoniam illos effectus produxerit. Verumtamen cl. auctor distinctiones inter effectum et finem, et inter finem directum et indirectum, quas supra exposui, neglexit, vel in sua quaestione de solo fine operis agi oblitus est.

(9) Josef Pohle, *Lehrbuch der Dogmatik*, Paderborn, 1914, III, 323; — Thomas Specht, *Lehrbuch der Dogmatik*, Regensburg, 1912, II, 292.

‡ Cf. etiam 5. th., I, 3, ad 3.

(3) 5. th., I, II, 102, 3, ad 8.

S. Thomas in verbis ab autore citatis illas gratias ixi plerumque solum effectus sacrificii nominat (¹) quapropter eius fine obiectivo nihil in hiis asseritur. In aliis quibus i- etiam rationem finis attribuit, magistrum de fine indirecto agere, vel definite exprimitur (2), vel intellegi potest et de >et. Nam a priori certum est fieri non posse, ut restitutio vitae supernaturalis per peccatum amissae in sacrificio directe intendatur, quoniam in se est opus Dei et non hominis, uti supra dictum est. Finis obiectivus operis humani non potest esse nisi humanus, quia nulla res potest agere ultra suam speciem (3). Ideo ne Salvatoris quidem sacrificium in cruce oblatum salutem nostram directe obtinuit, neque ex fine opus ad eam operandam tendebat; sed in se opus latreuticum infinitae caritatis et oboedientiae erat, quod Christus subiective Patri obtulit, ut nobis in gratiam reconciliaretur (4).

Licet igitur illae gratiae in se non sint effectus formales sacrificii, tamen magister ex iis passioni Domini rationem sacrificalem recte vindicavit. Nam etiam ostendit ad delictorum remissionem et maxime ad peccatum nostrae naturae tollendum necessariam fuisse plenam satisfactionem, eamque in passione Christum praestitisse per oblationem latreuticam summae caritatis et oboedientiae. Tale opus autem esse sacrificium (5). Itaque illatio magistri, licet mediate, tamen logice procedit; sed ex eo non infertur reconciliationem esse finem operis sacrificialis, quia solum indirecte ab eo deducitur.

4. Denique cum opinionibus quas hucusque tractavi, cohaeret quod complures theologi id quoque sacrificium spectare dicunt, ut offerens in se sanctificetur.

(¹) 5. *scilicet* II, II, 85, 1, ad 2; III, 22, 2; 3, ad 1; 4, ad 2; 4S. b, d. 3. 49, 4 etc.

(²) 5. *th.*, III, 48, 2 et 3; 49, 4.

(3) S. *th.*, I, II, 112, 1.

¶ 5. *th.*, III, 48, 2 et 3; 49, 4.

(5) O. *th.*, III, 48, 3: *Sacrificium proprie dicitur aliquid factum* π rem proprie Deo debium ad eum placandum. Nota vero huius propositionis subiectum esse «aliquid factum etc.», et non «sacrificium», uti interpretari eo- sueverunt; cf. M. Lepin, *L'idée du sacrifice de la Messe d'après les depuis l'origine jusqu'à nos jours*, Paris, 1926, 199; Bartmann, Le. 3A

Jos. Scheeben hoc ex eo deducit, quod in omni actu religionis homo eo modo ad Deum tendat, ut per suae propriae vitae sanctificationem eum digne honoret. Ideo ad ipsam notionem sacrificii pertinere, ut opus ad Dei nomen honorandum factum non solum in se sit sanctum, sed etiam ad offerentis sanctificationem ordinetur et cani efficiat

Easdem ideas Jos. Kramp proponit, et praesertim in eo insistit quod etiam S. Thomas doceat virtutis religionis esse, ut homo cum Deo coniungatur. Unde infert sacrificii finem primum esse, ut Deus honoretur; secundum autem eumque verum finem eius esse, ut offerens sanctificetur, omnesque gratias usque ad unionem Dei consequatur (a).

Etiam Maxim. Ten Hompel duos fines omni sacrificio inesse asserit, alterum latreuticum qui sit principalis, et alterum secundarium quem sacramentalem vocat. Per hunc in sacrificio offerentem sanctificari, quo sanctificatus principalem finem perfectius assequatur. Ita per sacrificium duplicem scopum creationis ad effectum duci arbitratur, bonum Dei per primum finem, et bonum hominis per secundarium, sed hoc itidem in bonum Dei redundare, quoniam offerentem ad creatorem intensius honorandum disponat (3).

Quam parum recte haec dicantur, ex iis quae supra exposita sunt, facile intellegitur. Auctores distinctiones quas supra explicavi, neglexerunt. Sanctificationem suam nullus homo unquam directe efficere, neque ullum opus humanum earn ut finem directum sequi potest, neque principaliter, neque secundarie. Hoc ex ipsis terminis patet, quoniam finis obiecti-(*).

(*) Mathias Josef Scheeben, *Handbuch der katholischen Dogmatik*, Freiburg i. Br., 1882, III. 395s.

(a) Josef Kramp, *Die Opferanschauungen der riniischen Mess/iturgie*, Regensburg, 1920, 21 ss. <Das Lob und die Elire Gottes sind der erste Opferzweck; aber nicht der einzige. Wie die Gottesverehrung die Verherrlichung des Schöpfers erreicht durch die Heiligung des Menschen, seine Annäherung an Gott, so ist auch der zweite, aber zugleich wirkliche Zweck des Opfers die Heiligung und Weihe des Opfernden, die init der Aussöhnung beginnt und, stufenweise sich erhebend, mit der Vereinigung abschliesst >; p. 25.

(3) Max Ten Hompel, *Das Opfer als Selbsthingabe und seine ideate Verwirklichung im Opfer Christi*, Freiburg i. Br. 1920, 66 ss.

vus operis humani intra fines naturae actus terminatur
 l'amen .id sanctificationem suam consequendam homo md
 recte cooperari potest. Nam in omni actu cultus divini.
 ni.un per caritatem imperatur, Deum desiderat, et gratiae
 obstacula removet, et ad eam recipiendam disponitur quae
 omnia Deum movent, ut propter suam misericordiam et ve
 ritatem hominem ad sanctam societatem vitae et amoris susci
 piat. Haec igitur effectus indirectus actus humani vocatur,
 Quae si ad sacrificium applicantur, sanctificatio offerentis vere
 effectus sacrificialis appellatur, sed indirectus, quoniam in vir
 tute latreutica eius nititur et per eam a Deo impetratur Ideo
 Alexander Halensis. quem illi auctores patronum sibi vindicant,
 recte definivit « Sacrificium est oblatio quae sacra ht
 offerendo et sacrat seu sanctificat offerentem » (*). Et quoniam
 sanctificatio est effectus sacrificii, hoc ad eam assequendam
 subiective offerri potest ; sed prout est finis operantis, non ad
 ipsam notionem sacrificii pertinet, neque ipsi operi inhaeret,
 neque in omni sacrificio intenditur. S. Thomam non aliter do
 cere supra dictum est. Haec hactenus

Ostendisse mihi videor finem directum obiectivum sacri
 ficii vere et solum latreuticum esse. Alia quae aliquando obla
 tionis sacrificiali attribuuntur, scilicet quod per eam iustitia
 offensa placatur, quod vita supernaturalis per peccatum amissa
 restauratur, quod offerens cum Deo coniungitur et sanctifi
 catur. quod pro beneficiis acceptis dignae gratiae Deo red
 duntur et alia dona petita impetrantur, per se non fines, sed
 effectus sacrificii recte vocantur, iique effectus, qui non ex
 natura actus sacrificialis directe consequuntur, sed ad eius cau
 sam imperantem, quae est caritas, pertinent.

Hoc denique ex eo confirmatur quod illi effectus saluta
 res non religionis virtuti soli, nec sacrificio soli conveniunt
 sed omnem veram virtutem sequuntur. In sermone montis hoc

(*) S. th., III, 60. 5: *Sanctificatio hominis est in fviestaie ZXi
 runiis.*

(a) Alexander Halensis, *Xwmmu theologia*, Venedis. 1575, IU, 55. t 1

Dominus multipliciter illustravit, - atque praesertim in prioribus eius parte *regnum coelorum promisit iis, qui sunt pauperes spiritu, qui sunt mites, qui lugent, (qui esuriunt et sitiunt iustitiam, qui sunt misericordes, puri corde, pacifici, et qui propter iustitiam persecutionem patiuntur* (*). In regno coelorum autem, *quod est iustitia et pax et gaudium in Spiritu Sancto* (»), illos effectus salutare contineri, nemo est qui neget. Si ergo omnibus virtutibus communes sunt, non constituunt proprietates formales religionis et sacrificii, neque proprie ex natura actus virtutum moralium procedunt, sed ad communem omnium causam quae est caritas, pertinent. Haec enim *mater omnium virtutum et radix est, in quantum est omnium virtutum forma* (3).

P. DAMIANUS KLEIN, O. F. M.

(*) *Matth.* 5, 3 ss.

(-) *Rom.* 14, 17.

(3) *5. th.*, I, II, 62, 4; U, II, 23, 8.

DE MOMENTO CARITATIS IN SPIRITUALITATE FRANCISCANA

« Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. Hoc est maximum et primum mandatum » (').

Post Dominum Iesum etiam divus Paulus caritati primum in vita spirituali tribuit. « Super omnia autem caritatem habete, quod est vinculum perfectionis » (2). Caritas est compendium omnium mandatorum et legis plenitudo (3). Valorem et efficaciam ex ea habent ipsa fides (4) et ceterae virtutes, quae sine caritate nihil sunt (5).

Illi doctrinae Iesu Christi et Apostoli innixi, Sancti Patres, theologi ac magistri spirituales communissimo consensu essentiam perfectionis christianae in caritate posuerunt. « Caritas ergo inchoata, inquit S. Augustinus, inchoata iustitia est. caritas propecta, propecta iustitia est; caritas magna, magna iustitia est; caritas perfecta, perfecta iustitia est » (6). Atque doctor Angelicus scribit: « Per se et essentialiter consistit perfectio christianae vitae in caritate, principaliter quidem secundum dilectionem Dei, secundario autem secundum dilectionem proximi » (7).(*)

(*) Haec dissertatio priorem partem constituit operis quod R. P. Iacobus Heerinckx inceperat, cum titulo *Caritas et ascesis franciscana*. Nos eam edimus, cum sit tractatus completus historicus materiae. (Directio Periodica).

(') *Mt.* 22, 37-38. Cf. *Deui.* 6, 5; *Mc.* 12, 30; *Lc.* 10, 27.

(') *Coi.* 3, 14.

(3) *Rom.* 13, 8-10.

(4) *Gal.* 5-6.

P) 1 *Cor.* 13, 1-13.

(6) *De natura et gratia*, c. 70, n. 84, Migne, P. L. 44. 290.

(?) *Sum. theol.*, II, II, q. 188, a. 3.